

Verf. 26. Et quid certum scribam Domino, scilicet Neroni Caesari, certe sic appellebatur Imperator, cum sub suo Imperio obtineret subjectam majorem partem orbis, tamen hunc titulum recusavit (Augustus Caesar) & noluit ut appellaretur (dominus) ut testatur Tertull. in Apolog. 34. & Dion lib. 11. & hoc factum est Divina Providentia, quia tunc nascebatur Christus noster Salvator, dominus dominorum, & Rex regum: Turcae suum Imperatorem vocant; Magi, dominum, & Persae dicunt Sultanum, id est, dominum.

Tertull. Dion.



CAPUT XXVI.

- 1. Agrippa vero ad Paulum ait, permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extensa manu cepit rationem reddere.
2. De omnibus, quibus accusor a Judaeis, rex Agrippa, estimo me beatum, apud te cum sim de-fensurus me hodie.
3. Maxime te sciente omnia, quae apud Judaeos sunt consuetudines, & quaestiones, propter quod obsecro patienter me audias.
4. Et quia vitam meam a juventute, quae ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, noverrunt omnes Judaei.
5. Praesentes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum certissimam sectam nostrae religionis vixi Pharisaeus,
6. Et nunc in spe, quae ad patres nostros repromissionis racta est a Deo, isto iudicio subiectus.
7. In qua duodecim tribus nostra nocte, & die deservientes, sperant devenire. De qua spe accusor a Judaeis, rex.
8. Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitavit?
9. Et ego quidem existimaveram, me adversus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere.
10. Quod & feci Ierosolymis, & multos Sanctorum ego in carceribus inclusi, a Principibus Sacerum potestate accepta, & cum occiderentur, detuli sententiam.
11. Et per omnes Synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insanians in eos, persequabar usque ad exterarum Civitates.
12. In quibus dum irem Damascus cum potestate, & permissu Principum Sacerdotum.
13. Die media in via vidi, rex, de caelo supra splendorem Solis circum fulsisse me lumen, & eos, qui mecum simul erant.
14. Omnesque nos decidisse in terram, audivi vocem loquentem mihi Hebraica lingua Saule,

- Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare.
15. Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixi, Ego sum Iesus, quem tu persequeris.
16. Sed exurge, sta super pedes tuos, ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te ministrum, & reserem eorum, quae vidisti, & eorum, quibus apparebo tibi,
17. Eripiens te de populis, & gentibus, in quas nunc ego mitto te.
18. Aperire oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, & de potestate Sanana ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter Sanctos per fidem, quae est in me.
19. Unde, rex Agrippa, non fui incredulus caelestis visioni.
20. Sed his, qui sunt Damasci primum, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudaeae, & gentibus annuntiabam, ut poenitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna poenitentia opera facientes.
21. Hac ex causa me Iudaei, cum essem in Templo, comprehensum tentabant volentes me interficere.
22. Auxilio autem adjutus Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans minori, atque majori, nihil extra dicens, quam ea, quae Propheta loquutus est futura esse, & Moyses.
23. Si passibilis Christus, si primus ex re, resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo, & gentibus.
24. Haec loquente eo, & rationem reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule, multa te littera ad insaniam convertunt.
25. Et Paulus non insanans (inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor.
26. Scit enim de his rex, ad quem & constanter loquor, latere enim eum nihil horum arbitror, Neque enim in angulo quicquam horum gestum est.
27. Credis rex Agrippa Prophetis? Scio, quia credis.
28. Agrippa autem ad Paulum, In modico suades me Christianum fieri.
29. Et Paulus, Opto apud Deum, in modico, & in magno, non tantum te sed etiam omnes, qui audiunt hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.
30. Et exurrexerunt, & praeses, & Bernice, & qui assidebant eis.
31. Et cum secessissent, loquebantur ad invicem, dicentes, Quia nihil morte aut, vinculis dignum quid fecit homo iste.
32. Agrippa autem Feste dixit, dimitti poterat homo hic, si non appellasset Caesarem.



ARGUMENTUM.

AGRIPPA rex, & Festus praeses faciunt facultatem Paulo dicendi; ipse vero tam sublimis, & alte, & cum multo fidei zelo, ac ardore dat rationem de tota sua vita, ac moribus, & rebus a se gestis, ut exclamet Festus eum per multam sapientiam insanire, & rex Agrippa inclinatur in religionem Christianam.

Act. 26. n. 1. Agrippa vero ad Paulum ait Permittitur tibi loqui pro temetipso, tunc Paulus extensa manu cepit rationem reddere.

PRIMA EXPOSITIO usque ad Vers. 6.

- Verf. 1. Agrippa ad Paulum, Permittitur tibi. Arabic. Praecipimus tibi, ut propriam causam dicat Syriac. addit, deprompsit spiritum, id est, valde generose cum multa fiducia loquutus est extensa manu, non ad silentium captandum ut vult Apuleus, sed more concionatorum ad multam libertatem, & auctoritatem indicandam.
Verf. 2. De omnibus, quibus accusor a Judaeis, Rex Agrippa; dirigit sermonem ad ipsum, quia jam coram refo dixerat suam causam; & ait, beatum me existimo id est, multae meae esse felicitatis, quod talem iudicem obtineam, & haec non adulando dicit Paulus, sed vere, & sincere dicit, quia ipse Agrippa erat vir bonae indolis, & sedatae mentis, prudens, & intelligens ut de eo testatur Iosephus lib. 2. Belli cap. 16. & D. Chrysof. homil. 33; in 1. Corinth.
Verf. 3. Maxime te sciente omnia, praesertim, ac praecipue cum agnoscam te scire omnia, quae ad praesentem controversiam cum Judaeis pertinent, nam ipse Agrippa erat Iudaeus, ut jam dixi, ex Iosepho, & aliis, ideo obsecro, ut patienter me audias, Syriac. Ut attento animo me audias.
Verf. 4. Et quidem vitam meam a juventute, id est, meos mores, ac actus, Syriac. Conversaciones meas a pueritia, Arabic. Meam quidem rationem, scilicet vitam meam aperte sciunt me vixisse, secundum certissimam sectam nostrae religionis vixi Pharisaeus, Syriac. Praestantissima disciplina Pharisaeorum, Arias; Diligentissimam, Cajet. Exactissimam, qui, ut refert Mariana, teste Talmud, apud Pharisaeos septem extabant sectae quarum meliorem (ut ait Arias) amplexatus est Paulus, de secta Pharisaeorum dixi supra c. 13. verf. 6.
Verf. 6. Et nunc in spe, seu (ut habet Syriac.) per spem, quae facta fuit patribus nostris, de Christo redemptore ego praedico, nam quod illis fuit factum in repromissione, ego jam factum, & adimpletum praedico, nam illi in spe, ego jam in praesentia, & facto ante oculos nostros vidimus.

11. Arabic. Syriac. Apuleus. 21. 22. Ioseph. D. Chrysof. 33. Syriac. 4. Syriac. Arabic. 5. Syriac. Arias. Cajetan. Act. 23. 6.

QUESTIO I.

Quare D. Paulus cum tanta rerum dispositione loquitur?

- 7. Loquitur D. Paulus multa mira rerum dispositione, ac fecunda eloquentia, ut animos ad se vehementer alliceret, & traheret, quid eloquentia fortius: unde sapienter Judith orabat ad dominum c. 9. n. 13. Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & pulchritudinem oculorum: ut vero ad ipsum totaliter perdendum, ac perimendum, laborum blaudities, ac suavitas fortior ad vincendum laborum elegantia, quam quaecunque faciei speciosa venustas. Ait David Pf. 17. n. 48. Qui subdit populos sub me ex Hebraeo habetur Alloquens populos sub me. Tam suave, ac dulce erat elegantia ejus eloquii, ut barbaras gentes sub se subjiceret, & quod ferro fieri non poterat, verborum dulcedine comparat. Ad hoc pertinet, quod ait Iaias c. 5. n. 17. Pascen-

Judith. 9. 8. Pfalm. 17. Hebrae.

tur agni iuxta ordinem suum, ex Hebraeo legitur juxta verbum, id est, nebrai, qui verbi valde potentissimi, juxta verborum suorum dispositum suaviter pascuntur, & vivunt agni cum lupis, leones cum mitibus oviculis, Clem. Alex. in exhortatione ad gentes videns mundum per Christi verbum mutatum, sic ait, Meus cantor solus quidem ex iis, qui nunquam fecerunt difficillimas feras, homines mansuetos facit; volucres quidem eos, qui ex ipsis sunt leves, serpentes vero, eos qui deceptores leones, eos qui sunt ad iram concitati; lupos, eos, qui rapaces sunt; lapides, & ligna sunt iniquitates, has omnes immansissimas feras, & tales lapides, ipse caelestis cantus in mansuetos homines transformavit.

Suavitas verborum feros reddidit mansuetos. Clem. Alex.

Ait Regius Vares de Christo d. Pfal. 44. Accingere gladio super femur tuum potentissime, specie tua & pulchritudine tua, imende prospere, procede, & regna. Verte vero modo oculos ad apoc. 1. & videbis Christum d. Et de ore eius gladius utraque parte acutus exibat; propheta considerat gladium ad latus, ac super femur, ad suam elegantiam, & pulchritudinem, at vero ut intendat, seu ut legit Tertull. extendat suum imperium per totum mundum & regnet, gladius sit in ore, qui est formosissimus ejus sermo, cujus sonus exivit in omnem terram quam ad se traxit, & subiecit gloriosae regnans, & triumphans. Tertull. lib. 3. contra Marcion sic ait Licuit ergo Christo creaturis ense sermonis praecingi cui supradicta remissio congruat, & gratia laboriorum, qua tunc cingebatur super femur apud Davidem; hoc est enim, quod ait, extende properare, & regna; extendens sermonem tuum, prosperaturus successum fidei.

10. Pfal. 44. Apoc. 1. ore pulcherrimo effusissimus.

Act. 26. n. 7. In quam duodecim tribus nostrae nocte & die deservientes sperant devenire, de qua spe accusor a Judaeis, rex.

SECUNDA EXPOSITIO usque ad a Vers. 11.

- Verf. 7. Inquam, scilicet spem; non solum Pharisaei; sed etiam duodecim tribus, id est, totus populus Israeliticus, qui ex duodecim tribus constat, nocte, & die deservientes sperant, addit Syriac. Praecipue assiduis. Arab. Incessanter. D. Chrysof. instanter sperant salutem consequenturos per Messiam. De qua spe accusor a Judaeis De qua spe licet ego, & Judaei conveniamus, quod salus obtinetur per messiam, in hoc tamen multum discrepamus, quod ego affirmo Messiam jam venisse & esse Jesu Christu filiu dei quod Judaei pestifere, & maligne negant, & ideo in praesenti textu prius nominatur nox quam dies, qui talem spem habent in nocte, ac tenebris, ambulat, ut perfidi Judaei. Verf. 8. Quid incredibile iudicatur apud eos, dissolvit rationem, quare Judaei nolunt credere in Christum, quia dicunt incredibile seu impossibile iudicatur Jesum a Judaeis occisum, aliosque mortuos suscitari a deo, cum deus sit omnipotens, si enim potuit homines & totum mundu ex nihilo creare, cur non poterit eos jam creatos, & per mortu solutos, iterum reintegrare, & ad vitam revocare, quod legitur factu ab Elia. 3. Reg. 17. & ab Elia. 4. Reg. 4. Verf. 9. Et ego quidem existimaveram. Graecus, Mihi persuaseram, Aethiop. Mihi visum est bonum oppugnare, contra Sanctissimum nomen Jesu.

11. 12. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. 23. Graecus Aethiop. 14.

Verf. 10. Quod feci Ierosolymis, persequens multos Sanctos Christianos ac pro n'e non solu fuit ipse in persecutione Stephani, sed etiam aliorum Sanctorum, detuli sententiam damnationis ad mortem

tem Christianorum latam à Judicibus ad officiales, ut gravissimis tormentis Christianos afficerent Verf. 11. Per omnes Synagogas frequenter puniens eos, Syriac. Saviebam in eos. Arias, Immoderate insanians in eos, & addit, quod gravius est, compellebam blasphemare Jesum esse verum Messiam, ac Salvatorem mundi.

QUÆSTIO II.

Quare D. Paulus refert suam persecutionem quam faciebat contra Christi Ecclesiam?

16. **L**atè hic refert D. Paulus suam crudelē, & sevā persecutionē in Christianos, quomodo eos traheret ad carceres, ad mortem, ad dira, & crudelia tormenta, ad quod etiam recipiebat mandata à superioribus ad inferiores, ut etiam compelleret Christianos blasphemare n. 11. quod non solum hic repetit, sed frequenter in suis epist. 1. ad Cor. 15. n. 8 Non sum dignus vocari Apostolus, qui persecutus sum Ecclesiam Dei. Ad Galat. 1. 14. Prosciebam in Judaismo super omnes coetaneos meos in genere meo; & sic frequenter in multis aliis.
17. Ad quod præclare respondet D. Chrysof. homil. in 1. Cor. Aculeis peccatorum pungebatur, & de gratiarum flumine multum bibebat. ipsa repetitio peccatorum ad multum doloris, ac compunctionis intervenit, & inde multū germinat gratiarū fructus. Maximè notandum, quod David in illo Psal. 50 Misere mei Deus, multoties repetit suū peccatū, semel lacrymans: Dele iniquitatem meam, & statim Amplius lava me ab iniquitate mea, & iterum à peccato meo munda me, & quarto, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & quinto, & peccatū meum contra me est semper, sexto Tibi soli peccavi, septimo, Et malum coram te fecit octavo, Averte faciem tuam à peccatis meis, nono, Et omnes iniquitates meas dele, & totus Psalmus tēdit ad repetitionem sui peccati de adulte rio cum Bethsabeth, cum jam ejus peccatum, testate Propheta, esset à Domino remissum, ac indultū, sic ei dixit Nathā. Dominus quoque transiit peccatum tuum. 2. Reg. 12. n. 13. si jam peccatū est cōdonatum, ad quid gemēs, & lacrymās illud toties voce multiplicat? Anima Prophete erat valde sitiens divinæ gratiæ & nō rātū satiabatur uno gratiæ gradu, sed multiplicè exoptabat, ut multiplicato dolore multiplicaretur & gratia. D. Ambros. Apolog. 1. de Davide c. 8. sic ait; delicta sæpè repetēdo, merito magnā misericordiam poscūt; nec solum magnam misericordiam, sed multitudinem miserationum. Quod ergo peccatum talis non diluet deploratio. Ex quo merito admonet D. Ambros. loco citato, Ille pro uno peccato miserationis multitudinē deprecatur, nos pro pluribus peccatis vix semel ejus misericordā à credimus obsecrandā. Ille vero, ut majori misericordia impleretur dicebat, amplius lava me: Eodē spiritu idem Regius Vates, Pl. 66. n. 4. ait Confiteantur tibi populi Deus, cōfiteantur tibi populi omnes, & idem habet. n. 6. Confiteantur tibi populi Deus, cōfiteantur, quater repetit Confiteantur, idem antidotū commendans ad mentē pie sanandam, & ad gratiam multiplicandam, ut, sicut ipse iterato confessionis dolore adaugebat, sic & populus iterum dolore augetur. Aliter sic exponit. Card Hugo, & ait, Notandum, quod in hoc Psalmo quater ponitur (Confiteantur) in quo frequentia confessionis commendatur, frequentenda tanen est quia frequenter cadit homo, quod ex arte medicinæ firmat Tertull. lib. 1. de penit. c. 7. & ait, Iterat

valetudinis iteranda medicina est. Optimum sane esse, non recidere hominem in peccati morbum, at si infirmeret, iterum medicina applicanda. Iterum tertull. supradictus ait. Pigeat sane peccare rursus sed rursus panitere non pigeat, pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari, & salutis remedium quarere.

QUÆSTIO III.

Quare D. Paulus tum latè proponit suam mutationem ex persecutore in defensionem Christianam?

Explicat Paulus in præsentī, quomodo ipse persequeretur ecclesiam dei, & Christianos eos deducens in carceres ad tormenta, & mortem, & quomodo mutatus est, & factus eorū Doctor, prædicator, ac defensor, ut Judæi, & assistētēs, qui persequuntur Christianos, jam non persequantur, sed fiant eorum defensores, & fautores ejus exemplo commoti. Ait Christus D. suis discipulis Lucerna ardentēs in manibus vestris, Luc. 12. n. 35. quos constituēbat Principes orbis terrarū, ad quid lucernæ in manibus? quia Principes orbis terrarum, suo vivendi modo, operibus & actionibus, tamquam accensis lucernis, suo nempe exemplo dabant cunctis illuminare, ac ducere in vitam æternam, opportunè D. Chrysof. serm. 21. ait, Opus bonum, Ann factum in uno lucet, cunctis illustrat exemplo. Ait D. Luc. 4. n. 25. Multa vidua erant in Israel in diebus Eliæ; & cur illi dies peculiariter dicuntur Eliæ optimè explicat D. Ambr. ibi. In diebus Eliæ ait, non quia Eliæ dies fuerunt, sed in quibus Elias operatus, aut quia dies forebant illis, qui in ejus operibus lucem videbat gratia spiritualis, & convertebantur ad dñm. Elias merito Sol interpretatur, quia fulgentissimis radiis suarum virtutum ac operationum dies clarissimos, ac lucidissimos afficiebat, ut omnes suo exemplo ducerentur ad salutem, & converterentur ad dominum in ejus operibus lucem videbant gratia spiritualis, & convertebantur ad dñm. Egredi Israelitæ de Ægypto, cum devenissent ad jordanem, impediēbatur transire tunc, ut refertur Josué 3. n. 8. Ingressi que eis Jordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis, steterunt aquæ descendentes in loco uno, ad instar mōtis intumescētēs, & unde aquæ fluminis quæ rapidissimo impetu ferūtur in unū coalescunt, ut iter siccum, & solidum darent Israeliticis, ut mare præberet locum populo Israelitico, necesse fuit, tu stante vehementi & urgenti veritē in siccum. Exod. 14. n. 21. & nihil tale factum est in Jordane, & tamen ipse sui facit divisionem, ut populus incedere valeat ad alteram partem. Optimè rem moralizat Nazian Mare patrens, caput omnium fluviorum, ac princeps, cum ergo illud factum fuisset à mari, fecerunt & flumina, suum caput, ac principem imitantes, ac sequentes, D. Greg. Nizianz. orat. 12. ait, Fluvii etiam cognatum mare imitantes cedebant Israelitis. A Verf. 12. usque ad 23. narrat, & quomodo cū iret Damascum vocatus est à Christo, & quomodo ejus sanctissimum nomen prædicavit, quod est explicatum supra ad cap. 9. Act. 26. n. 24. Hæc loquente eo, & ratione reddente Festus magna voce dixit: Insanis Paule multa te litteræ ad insaniam convertunt.

Versiones

TERTIA EXPOSITIO Usque ad Vers. 27.

26. **L**oquente eo. Arabic. Cum se descendisset his sermonibus. Præ furore, ac irâ clamabat Festus, præfens, insanis Paule, dum talia, & similia passionis, mortis, & resurrectionis Filii dei proponis, quæ nobis videntur deliramenta. multa te litteræ te ad insaniam convertunt, Arabic. Multa te Scriptura. Æthiop. Divertent te. De his quæst seq. Verf. 35. Et Paulus Non insanio, Non dico omnia, nec deliramenta, & quæ ad rē non pertinent Optime Feste. Syriac. Victoriōse Feste. Arabic. Optime Feste. deinde nota, ut jam adverti tom. 6. in Evang. ad c. 8. Joan. q. 1. n. 4. Festus vocat Paulum insanum, ipse verò eum appellat, optimum victoriosum, potentissimum, quia ut ait Jacobus in sua Canonica c. 3. n. 17. Quæ enim desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica; pudica ac pacifica est in dicendo, ac respondendo, solum suam causam tuetur, nihil molestum, aut injuriosum proferens alicui. Sed veritatis, & sobrietatis verba loquor. Æthiop. Vera, & recta loquor, non sunt deliramenta, neque somnia, quæ dico, sed verissima, & sobrietatis, mente sanâ, & integrâ, non commotâ, & perturbatâ vino, vel aliqâ passione, 28. Verf. 26. & 27. Scit Rex Agrippa omnia, quæ ego dico de morte, & passione Christi, quia hæc non in occulto, sed publico facta sunt, & si tu à Agrippa, utpote Judæus credis Prophetis, credis & Christo, quia de ipso aperitissimè locuti sunt Prophete, & omnia, quæ ipsi prædixerunt de Christo, sunt in ipso adimpleta, unde Christus dixit ad Judæos, Si crederetis Moyfi, & crederetis forsitan mihi, de me enim ille scripsit, Joan. 5. n. 46. ac discipulis euntibus in Emāis, & dubitantibus dixit illis Christus, O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti sunt Prophete. Luc. 24. n. 21.

QUÆSTIO IV.

Quare Festus vocat Paulum insanum?

Cum Festus audisset loquentem Paulum, insanum dicit altâ voce præ furore, & irâ, ut notat D. Chrysof. Insanis Paule. Festus usque modo animo propenso erat in Paulum, ideo noluit eum in Jerusalem dijudicari cum Judæis ejus crudelibus inimicis, & modo cum Rege Agrippa de eo vult tractare, cur ergo tam cito mutatur, ut dicat eum insanum, & fatuum; Locutus est Paulus vera, & ideo statim cum mundanis rescinditur amicitia, tamen veniamus ad rationes magis particulares. primo, perantiqua consuetudo mundalium ac temporalium hominum hujus sæculi est, ut sublimia & alta mysteria quæ sancti dicant, ac prædicant, cum ipsi mundani non intelligant, ac capiunt; stultitiam vocari; sic ait Paulus 1. Cor. 2. n. 14. Animalis, & carnalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritualia. Dei stultitia enim est illi; & sic ait ipse eadem epist. 1. c. 1. n. 3. Nos autem prædicamus Christum cruci affixum. Judæis quidem scandalum, Gentilibus autē stultitiam. imo cum Christus D. sublimia & alta mysteria doceret, dicebat multi ex ipsis demonium habes, & insanis. Joan. 10. n. 10. & cum unus ex filiis Prophetarū ascenderet ad ugendum Jesum, astantes ei dixerunt, 4. Reg. 9. n. 11. Quid veni insanus iste ad te? sic enim vocabantur Prophete communiter, ut ibi notat Abulens. quod etiam ipsi

iniqui fateantur, Nos autem vitæ illorum estimabamus insaniam. cap. 5. Secundo, ait D. Chrysof. Festus furore, ac indignatione plenus loquitur, nam ipse Gentilis, & idolatra cum videret cultum, & adorationē suorum deorum destructam, & novam Christi religionem sapientissime confirmatā, & exaltatam, & quod ipse nōn habebat aliquid, quod respondere posset, ac diceret, tunc contumeliam irrogat, & Doctorem gentium insanum vocat, quod dicit Theodoricus lib. 1. epist. 27. Ad injurias tunc profertur, cum se superatos turpiter erubescunt. Dicitur Eccl. 1. n. 18. Quod in multa sapientia, multa sit indignatio. Superbus Philosophus multū præsumens, cum se superatum videt, & non habet quid dicat, indignatione fervet, ita Judæi rationibus cōvicti à Christo, probris rem determinare conantur, Benedicimus nos quia Samaritanus es tu, & demonium habes, Joan. 8. n. 47. Rup. lib. 9. in Joan. ait. Igitur quia causa ceciderunt, & ratione superati sum, furiose ad convitia proripiunt. Tertio Oecum. ait. Quoniam ad Regem (Agrippam) semper verba dirigebat, commotus est aliquantum Festus & libertatem intuitus ex animi perturbatione, & irâ (insanis) inquit, indignatur Festus contra Paulum, cum alias animo benevolus esset in eum (ut jam dixi) quia Paulus totum suum sermonem ordinabat ad Agrippam, quod optimâ ratione faciebat Apostolus, tum quia sua causa jam proposuerat coram Feste, tum quia denotus justus est coram Agrippa proponere ex tam levi occasione, quod cum ipse non loqueretur, tam furibundus Festus insurgit, ut eum alta voce insanum dicat. Scribit D. Luc. 23. n. 8. Quod Herodes viso Jesu gavisus est valde, erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo; & cum loqueretur ipse cum Christo, & Dominus ex altissimis & supremis rationibus ei non responderet, speravit eum Herodes cum exercitu suorum; illustravit vestem alba tanquam insanum, & fatuum dimisit eum. Herodes multa audierat de magnis, & mirabilibus operibus Christi, de supremâ, & altâ ejus sapientiâ, & quia coram eo taceret, & non responderet eum fatuum, & insanum veste albâ publicat, & demonstrat. Sic sæpè contingit, ut ea, quæ ex multis, & magnis rationibus, & largâ temporum experientiâ, sublimia, ac excelâ reputamus, ex levi occasiuncula contemnamus, ac tanquam depectabilia, & nihilum reputemus. Homo magnanimus, & prudens in omni eventu sive in magnis, sive parvis idem constans, & firmus perseverat De Christo loquens Isai. 53. n. 7. Sicut ovis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram tondeute se obmutescet. Valde dispar eventus ponitur in ove, & agno, ovis ad valde rigidum, & asperum ad macellum nempe, & ad lanienam in frusta dividitur; agnus verò ad suave & leve, ut tondatur, licet agrestis tonfor tendendo pungat, quod erit ingratum agno, sive cum, ut ovis ducitur ad occisionem, & mortē crucis, ac durissima tormenta, sive ut tanquam agnus coram tondeute, dum multis verbis injuriosis inficitur, Glossa Inter, non repugnat, cum cederetur à militibus obmutuit æqualem animum pacatum ac quietum ostendens, sive dum, ut ovis ducitur ad Crucis occisionem sive tanquam agnus coram tondeute patitur irrationem Interlinea in utroque casu eadem est societas, ac tranquillitas animi, sive ut ovis, sive ut agnus.

Act. 26. n. 28. Agrippa ad Paulum in modico suades me Christianum fieri.

Versiones